

Codice Diplomatico Longobardo I, 107

+ In Christi nomine. Agistulfus Dei nutu imperator augustus, anno imperii eius .III., die .III. mense martii, inductione septima. Monasterio Sanctorum omnium Apostolorum et Sancti Siluestri Christi confessoris sito in territorio Motinensi, loco qui uocatur Nonantulas, ubi dominus Anselmus abbas preesse uidetur. Ego quidem in Dei nomine Ariprandus habitator de hac ciuitate Cremona, quamque in ipsis comitatu habitator, una cum Uualderata nobilissima coniuge mea filiis et nurus quondam bone memorie Gyrardi nobilissimo uiro, qui professi sumus ex natione nostra lege uiuere Longobardorum, presentes presentibus diximus. in eodem sancto ac uenerabili monasterio damus, tradimus et offerimus presenti die per hanc cartula donationis, offensionis de iuris nostri proprietario nomine ad habendum, pro remedio animae nostre seu parentorum nostrorum defunctorum, id est omnes res nostras terrarum et uinearum, cum casis et haedificiis, puteis, ortis, areis, pratis, molendinis, pascuis, siluis, teris cultis et incultis, seu boscales, tam infra hac ciuitate Cremona uamque et foris per totum ipsum comitatum, in locis et fundis uocabulis quorum nomina sunt ibi qui super scripta, una cum cella uocabolo Sancti Siluestri, que est sita foris ipsis ciuitatis Cremona, cum terra in circuitu suo habente, que est per mensura iusta perticas tredecim et tabule sex: a mane uia publica, a tribus lateribus Sancte Marie; alia pecia loco qui dicitur Pertuso, est per mensura iusta tabulas .V.: a meridie et a sera uia; alia pecia terre cum uitibus super se habente, ibi prope, est per mensura iusta perticas .VII.: a sera uia; alia pecia terre cum uitibus super se habente cum incisa sua, est per mensura iusta iuges duo: a meridie similiter uia; alia pecia terra ibi prope, loco ubi dicitur Sablone, est per mensura iusta perticas decem et octo: a monte uia; alia pecia terre loco ubi dicitur Lora cum incisa sua, inter quas uia percurrit, est per mensura iusta iuges .III. et perticas .V.: a mane fluuio Pado, a sera Sancte Marie; alia pecia terre loco qui dicitur Piciningo cum sediminibus super se habente, est per mensura iusta iuges .XII.; alia pecia terra in eodem loco est per mensura iusta perticas iugiales quindecim: a mane fossato; alia pecia terra ibi prope est per mensura iusta iuges octo et perticas octo et dimidia: a monte uia publica; alia pecia terra ibi prope est per mensura iusta iuges duo et perticas octo et dimidia: a monte uia publica; alia pecia terra ibi prope, similiter iugerum unum et perticas octo: a monte uia, a meridie Sancte Marie; alia ibi prope non multum longius est, per mensura iusta iugerum unum et perticas decem: a mane Sancte Marie, a monte uia; alia pecia in ipso loco, est per mensura iusta iuges tres et dimidio: a meridie uia; alia pecia terre in loco Ciceningo, est per mensura iusta iuges duo: a sera fluuio Auiola; alia pecia terre cum aliqua prata in loco Lonze, est iuges quattuor; alia pecia terre pratiua inter Pado et Pausiolo, est per mensura iusta iuges tres: a mane Sancte Marie, a monte fluuio Pado; alia pecia loco qui dicitur Circi, est per mensura iusta iuges septem; alia pecia in loco Pofaculiani, est per mensura iusta iuges sedecim: a monte uia; alia pecia in loco Armannore, est iugerum unum: a mane et monte uia; alia pecia ibi prope, similiter iugerum unum: a monte terra canonice; alia in Casale, est iuges duo et perticas tres et dimidia: a mane fossato; alia pecia in casale Maurelioni, est iuges decem et octo et perticas sex: a mane fossato; alia in Gauselingo, est iugerum unum et perticas decem: a maue Sancte Marie, sibique alie sunt coherentes. simul quidam et tradimus in eodem monasterio, in loco qui dicitur Crucem sorte una, in corte Attani sorte una, in Ciciningo sorte una, in Arciso curte una, in Auza Cornalita est terra que habet fines una simul tenente usque in Lora, et in Stabello tenente usque in Pado, que habet lattere Piciningo usque in strada Pauese et usque in Burbasso, seu in Uualdaningo sorte una, atque in Burbasso sorte quinque, que habet fines usque in Ouilida et usque in Rotepaldingo, atque

in Arzinne sorte una, in Arzago sorte una, in Caserate sorte due, et infra Castro mansione una, in Turgarino sorte due, in Uafri sorte due, in Sancto Bassiano sorte tres, in Tingaria sorte due, in Causario sorte una, in Fartefingo sorte due, in Carbonaria sorte una, in Uillarca sorte una, in casale Paulani sorte una, in Zosanello sortes due, in Questres sorte una, in Dalmona sorte una, in Sancto Paulo sorte una, in Cornalito sorte una, in Subualle campora duo et prato uno, in ualle qui dicitur Lacoducio beuulcas quinque, in Piciningo iusta strada beuulcas tres, in Lonzo sorte una, in Casale sorte una, in Lora comporcatione, in Calueningo runquo uno, ad casa Ferarii sorte una. similiter damus et offerimus in eodem monasterio pecia una terre aratorie non multum lange ab eadem ciuitate Cremone, in loco qui dicitur Sablone, que est iuges tres: a mane et a meridie Sancte Marie, a sera et a monte uia; atque masaritiis duo in Piciningo, que sunt iuges uiginti quinque. que a uteam iam dicte omnes res cum superioribus et inferioribus atque ingressibus et accessionibus suis in integrum a presenti die per hanc cartulam donationis, offersionis nos qui supra Aripmando et Uualderada iugales damus et offerimus tibi predicto Anselmo abbati tuisque successoribus et monasterio tuo ad habendum iure proprietario nominae, im perpetuum possidendum, ut neque a nobis qui supra iugales neque a nostris heredibus uel successoribus exinde habeatis molestationem uel causationem. unde quoque exspondimus nos qui supra iugales una ex nostris heredibus tibi Anselmo abbati tuis successoribus predictas omnes res omni tempore ab onmi contradicente hominæ defensare, et auctores esse promittimus; quod si ad defensandum minime fecerimus, aut contra hanc cartulam offessionis agere aut causare presumpserimus, uel agentibus consentientes fuerimus, tunc predictas omnes res, qualiter superius legitur, sicut in tempore meliorata fuerit aut valuerit, sub estimatione, consimili loco, in duplum uobis restituamur; et insuper hec cartula offessionis semper firma et incorupta permaneat. Actum in hac ciuitate Cremona; feliciter. + Ego Ildefredus iudex interfui, manu mea subscrispsi. Signa + + manibus predicto Aripmando et Uualderada iugales donatoris et donatricis, [qui] hanc cartulam donationis et ofersionis fieri rogauerunt. Signa + + + + + manibus testi Gyselprando et Ildeprando germanis, seu Bonifredo et Eldefrido atque Uuinizonis et Amezonis atque Bonizonis, huius ciuitatis habitatoribus, rogati sunt testes. + Eribertus notarius sacri palacii scripsit, post tradita compleuit et dedit.